

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Alexandri Magni Regis Macedonum vita

Gualterus <de Castellione>

Argentin., 1513

VD16 G 3848

Ioannes Adelphus Physicus: [...] Iacobo Schenck Iureconsulto [...] S.P.D.

[urn:nbn:de:bsz:31-327103](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-327103)

+ Walter v. Chatillon: Alexandreis.

Ioannes Adelphus Physicus: Excellen-
ti viro, D. Iacobo Schenck Iurecon-
sulto optimo: ac Vuormaciensis
Ecclesie Officiali benemerito
domino & preceptori sem-
per amando, S. P. D.

Rogatus a plerisque politionis literaturae a-
matoribus: Theoderico Grefemūdo (pie
memorie) Officiali Moguntino homine
dum viueret literatissimo: & inter germa-
nos doctissimo: Necnon Iacobo Oesler
Iureconsulto optimo: qui nobis ad hanc rem plurimū
opitulabatur: exemplar vnum vetustioris scripturae:
& pene obliterate exhibendo: vt emendatius exiret in
publicum Alexandreis illa Gualtheri Insulani Presu-
lis (vt vult dominus Abbas Spanhemensis de Tritten-
heim: in suo quē de scriptoribus Ecclesiasticis edidit
libello) quam & tu Iacobe: vir omnium bonarū disci-
plinarum cultor: sedisq; Vuormaciensis Iudex pius &
iustus: Renato impressori Argētinorum pridem dede-
ras imprimendam. Accessit tandem nostra in hac re di-
ligentia vt pijs lectoribus & studiosis quibuslibet satis-
fieret. Itaq; sepultum opus resurgere curauimus: quo
gloriam capiat beatitudinis: fama q; perpetua: ne sic
pereat labor bonus multo sudore questus: sed somno
lentos excitet ad cōsimilia pagenda. Multis em̄ pdest
q; multis scribit: doctis vt legat: potentibus vt discant
principibus vt sequant. Nam Alexander ille magnus
Macedoniae rex: oim̄ bellatorū dux & splendor: & in
hoc vno laudandus semp̄ & extollendus ad vsq; syde-
ra: q; a manu semp̄ cōsiliū sumpserit: summāq; sapi-
entiā in prōptu habuerit: tollendo moras ois. Nostri
vero principes & Romani Imperij gubernator Maxi-
milianus Cēsar cunctando & differendo rē collapsam
restituere conant: sequuti hoc Ciceronianū, Vnus ho-



26

mo nobis cunctando restituit rem. Sed an mora an ce-
 leritas preferenda philosophis relinquitur sagacioribus discuti-
 endum. Magna nimirum fecit: & in presentiarum quotidie
 facit noster ille Augustus Imperator. Sed o utinam in eo
 & celeritas Alexandri vigeret & obedientia suppedita-
 ret: profecto talem inimicis timorem inieceret: ut in mundo
 sit nihil: quin hoc medio adipisceretur. Nam quidam ex
 poetis ait: Tolle moras: semper nocuit differre paratis.
 Quanta enim pericula ex procrastinatione veniant: indies ex-
 perimur: & res adeo in confesso est: ut exemplis non egeat.
 Sed in hoc principis nostri inuictissimi relucet clementia
 qui nihil festinater: nihil temere: nihil inconsulto agere
 tentat: sed meditatione & prudentia preuia cuncta ad op-
 ratum perducit finem. Quare vos omnes oratos velim: ad quos
 presentes literule perveniunt. viriliter fortia aggredimini
 dum tempus est: dum oportunitas se offert: hac enim neglecta
 in precipitum & damnum cadere necesse est. Cuius rei hoc
 unum Alexandrinum in promptu omnibus affit exemplum:
 quod viso & examissim cognito: nihil est quod manus eorum
 subterfugere possit. Tibique viro humanissimo gratiarum
 referat actionem: qui huius negocii instaurator & conser-
 vator iure predicaris & ab omnibus passim appellaris: Ita
 que feliciter vale ex Argentina: die natali Salvatoris nos-
 tri. Anno virginiei partus. M. D. XIII.

Incipit Prologus:



Oris est vsitati: cum in auribus multitudine
 aliquid noui recitatur: solere turbam in diuersa scindi studia: & hunc
 quidem applaudere: & quod audit laude dignum predicare. Illum vero seu
 ignorantia ductum: seu liuoris aculeo vel odij fomite peruersum. etiam bene dictis detrahere:
 & versus bene tornatos incudi reddendos esse censere. Et mirum est humanum genus a prima sui natura

a ij